
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Ita dimissi ab Roma Carthaginenses cum in Africam venissent
2 ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus pacem fecerunt.
3 naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum
4 quattuor milia tradiderunt, inter quos Q. Terentius Culleo
5 senator fuit. naves provectas in altum incendi iussit; quin-
6 gentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam
7 tradunt; quarum conspectum repente incendium tam lugubre fu-
8 isse Poenis, quam si ipsa Carthago arderet. de perfugis gra-
9 vius quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant
10 securi percussi, Romani in crucem sublati.
11 Annis ante quadraginta pax cum Carthaginensibus postremo
12 facta erat Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. bellum initum
13 annis post tribus et viginti P. Cornelio, Ti. Sempronio con-
14 sulibus, finitum est septimo decimo anno Cn. Cornelio, P. Ae-
15 lio Paeto consulibus. saepe postea Scipionem ferunt dixisse
16 Ti. Claudi primum cupiditatem, deinde Cn. Corneli fuisse in
17 mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret.
18 Carthagini cum prima conlatio pecuniae diutino bello exhau-
19 stis difficilis videretur maestitiaque et fletus in curia
20 esset, ridentem Hannibalem ferunt conspectum. cuius cum Has-
21 drubal Haedus risum increparet in publico fletu, cum ipse
22 lacrimarum causa esset, 'si, quem ad modum oris habitus cer-
23 nitur oculis' inquit, 'sic et animus intus cerni posset, fa-
24 cile vobis appareret non laeti, sed prope amentis malis cordis
25 hunc, quem increpatis, risum esse; qui tamen nequaquam adeo est
26 intempestivus, quam vestrae istae absurdae atque abhorrentes
27 lacrimae sunt. tunc flesse decuit, cum adempta sunt nobis arma,
28 incensae naves, interdictum externis bellis; illo enim vulnere
29 concidimus. nec est, cur vos otio vestro consultum ab Romanis
30 credatis. nulla magna civitas diu quiescere potest: si foris
31 hostem non habet, domi invenit, ut praevalida corpora ab exter-
32 nis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur. tan-
33 tum nimirum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res
34 pertinet: nec in iis quicquam acrius quam pecuniae damnum sti-
35 mulat. itaque cum spolia victae Carthagini detrahebantur, cum

36 inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africae
37 cerneretis, nemo ingemuit; nunc, quia tributum ex privato con-
38 ferendum est, tamquam in publico funere comploratis. quam vereor,
39 ne prope diem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrimasse!
40 haec apud Carthaginienses Hannibal.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erklären Sie die in Z.16/17 gebrauchte Wendung **in mora esse, quo minus ... !**
2. Erklären Sie die Form **flesse** (Z.27) morphologisch und syntaktisch!
3. Welcher Kasus liegt bei **externis bellis** (Z.28) vor?
4. Erläutern Sie den Moduswechsel in Z.35-37 (**cum ... detrahebantur, cum ... cerneretis!**)